

letabunda suspirans gracias in alta retulit et, ut corpus suum secum usque cellam suam deferant, jam migratura precepit. Porro Gerungus abbas una cum filio ejus Wernhero ac ceteris qui venerant fratribus sanctum corpus ejus ad cellam ab ipsa prius fundatam reportarunt. Nam ipsa adhuc vivens circumstantibus predixit de novi pastoris adventu. Hic pater Gerungus adeo paterne tradicionis in disciplinis claustralibus emulator exstitit, ut ab abbate Wilhelmo viro sancto bis Clūniacum mitteretur, quo illic vite regularis institutis subtilius imbueretur, ut quasi nove rei mercator avidus rare vel secrete mercis indagator novi aliquid reportaret ac meliora solitis adiceret. Erat enim vir maturus, fratribus gratus ac affabilis universis; in libris conficiendis omni tempore vite sue studiosissimus, quippe scriptor ipse optimus et, ut ad summam virtutum ejus veniam, tam studio divine servitutis quam in claustralibus disciplinis fere nulli secundus. Cum autem pater venerabilis Gerungus cenobium summa animi diligencia fundasset, consummasset atque in honorem S. Johannis baptiste et Johannis apostoli dedicasset essetque iam vir profecte etatis et quia diem sue dormicionis appropinquare cognosceret, magis ac magis in deum profecit. Verum inter ceteras claustralis discipline virtutes hoc erat ejus consuetudinis, ut semper nocturnas vigilias preveniret ac custodes excitaret: quam consuetudinem sicut multas alias laudabiles ita in naturam verterat, ut in eo negligencia locum non magnum¹⁾ inveniret. Tercia igitur nocte, que festivitatem S. Nicolai episcopi subsecuta est, solito more custodis signa matutinalia prevenit excitando, dein dormitorium reascendit ibique ruptis intestinis et a fratribus in infirmitorium deportatus et omnibus sacramentis peroptime munitus obdormivit in domino et appositus ad patres suos in ipsa ecclesia ante altare S. Nicolai sepultus. Prefuit autem celle Pauline annis 13, obiit autem anno Domini 1120.

Deutsche Lebensbeschreibung. Der erste Abt der Paulina ist gewesen: Gerungius, welchen Paulina selbst und ihr Sohn Wernerus aus dem Kloster Hirschau in Schwaben erfordert haben. Dieser Abt ist ziemlicher Ankunft (Abkunft!) gewesen, nemlich aus der Buchinauger Geschlecht²⁾, in der Jugend hat er zu Augspurg studirt, ist gewesen ein guter Cantor und Schreiber, hat auch dem Kloster 13 Jahr vorgestanden. Paulina aber ist gestorben im Jahr Christi 1107. d. 9. Martii³⁾ in der Schwarischen Zella⁴⁾, als sie mit ihrem Sohne gen Hirschau reisete zu beruffen den Apt Gerungium. Auf solchem Wege ist sie vom Pferde gefallen, und hat einen Arm gebrochen. Ihren Leichnam hat ihr Sohn und der Apt

1) 'magnum' fehlt bei Wegele. 2) Vgl. Trithemius, dessen Angabe hierdurch bestätigt wird. 3) Vielmehr am 14. März. 4) Schwarzach.